CVm vix aliud quicquam auguſtius, iucundius, atque vtilius omni hominũ generi, inprimis vero illuſtris ſtirpis propaginibus reperiri queat, & alimentum quaſi generoſę naturæ apponi; quam ingenioſa acuta ac rotunda magnorum heroũ ſymbola & apophthegmata, hieroglyphicis haud raro notis atq; emblematibus inſignita: magni ea facienda, diligenter euoluẽda, ac ſtudioſe colligẽda eſſe, haud puto, aliquem inficias iterum. Etenim in his, tanquã in politiſſimo ſpecuo conſpiciendæ animi oculis atque conſi derandę proponuntur tum rerum gerendarum vices, tum politicæ prudentiæ exactæ leges; tum hiſtorica & philoſophica axiomata, ex ipſo Apollinis tripode ediſſertis certiora ac ſuauiora. Taceo, quod Cæſarum oracula, Regum conſilia, Principum atque Magnatum